Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

erat iussum uelut in cornibus
altaris ponebatur: ex aliquib;
hostiis digito sacerdotis. & con
tra dñm septies aspergebatur:
& quod reliquum erat ad basim
altaris fundebatur: Sacerdotii
enim est quicquid ad utilitatem
gregis possunt sibi commissi la
borare. quod autem uires suas
excedit. dño deuotissime com
mendare. Quam formam pri
mus ipse pastorum dñs. & salua
tor noster: in pressam eis reliq̃t:
qui cum passioni iam iamq; pro
propinquaret. discipulos quos re
linquere in terra uidebatur:
patri dignatus est ad prerogan
dum ex emplum pastoribus co
mendare dicens. Ego pro eis ro
go. non pro mundo rogo. sed pro
his quos dedisti mihi. quia tu
sunt. & omnia mea sunt. & cla
rificatus in eis sum. & iam non
sum in mundo. & hi in mundo
sunt. & ego ad te uenio. Pater
sancte serua eos quos dedisti
mihi in nomine tuo. ut sint u
num sicut & nos. Cum essem cu
eis. ego seruabam eos in nomine
tuo. & reliqua. Que eadem
oratione miserecorditer uelu
ti fons pietatis pro discipulis
orare dignatus est. Sic & pau
lus cum iam relecturum se dis
cipulos nosset. & eis qui amplius
eum uisuri iam non essent in
dicasset. quasi aquam que resi
dua erat purificationis ad ba
sim altaris profudit. cum dño.
fidelium uitam in articulo sue
uite presentis commendauit
dicens. & nunc commendo uos
dño. & uerbo gratie eius qui
potest uobis edificare. & dare
hereditatem in sceis omnibus.
quod & iam antiphona innu
it. Dicit enim se introituum
ad altare di. id est ad illud al
tare quod significat istud in
fibile. illud scilicet. quod spiritu
ad quod uidentiu non penetrat
oculus carnalis. quod iohannes
in apocalypsi uidet. de quo ac
cendit fumus aromatum. que
sunt orationes sanctorum in
conspectu dñi. offerentur ange
lo. Hoc enim significat quod
subsequitur. ad dñm. qui letiti
ficat iuuentutem meam. Iuuen
tus enim ista que in procinctu
belli. quod contra diabolum
susceptum est fortem se reddit.